



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dissertatio Triplex Theologica, Ad Mentem Præclarissimi  
Ecclesiæ D. S. P. Avgvstini, (Cui consonat Doctor  
Angelicvs cum Melliflvo,)**

**Schweitzer, Johannes**


**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.LXXXII.**

Dubium quintum. An creatus fuerit primus homo cum usu liberi arbitrij?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39320**

*vina & oleo deficientes reficerent, nec deficerent & l. 13. de civit. cap. 40. ait status immortalitatis primis hominibus deligno vitæ dei gratia prestabatur.*

Objicies tertio, si homo noluisset uti ligno vitæ, fuisset mortuus in statu innocentie: Respondeo, hoc ipso peccasset, quia noluisset adhibere media à Deo concessa ad vitæ conservationem, ut testatur S. Thomas I. p. q. 97. a. 3. ad. 3.



## DUBIUM QUINTUM.

*An creatus fuerit primus homo cum usu liberi arbitrij?*

**R**espondeo & Dico: primus homo fuit creatus cum usu liberi arbitrij. est doctrina Augustini in plurimis locis, probatur ex l. de nat. & grat. c. 43. *quis eum nescit sanum, & in culpabilem factum, & libero arbitrio, atque ad justè vivendum potestate libera constitutum? & l. 3. de lib. art. c. 18. cum de libera voluntate rectè faciendi loquimur, de illa scilicet, in qua homo factus est, loquimur, & l. de corrept. & grat. cap. 10. hominem fecit cum libero arbitrio & l. 14. de Civit. cap. 11. fecit Deus, sicut scriptum est, hominem rectum, ac per hoc voluntatis bona, non enim rectus esset, bonam non habens voluntatem. Bona igitur voluntas opus Dei est, cum ea quippe ab illo factus est homo. ubi per bonam voluntatem non intel-*